



Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. Lvdovici De Ponte, Societatis Iesv, Meditationvm De Praecipvis Fidei Nostrae Mysteriis

Vitae Ac Passionis D. N. Iesv Christi; B.V. Mariae, & aliquorum Sanctorum

Qvae Complectitvr Mysteria Diuinitatis, Trinitatis, & perfectionum Dei: ac
de beneficiis eius in homines, naturalibus & supernaturalibus

Puente, Luis de la

Coloniae, Anno M.DC.XII.

Med. 8. Quàm sit amabilis bonitas Dei, tum propter seipsam, tum propter
innumera bona, quæ nobis largitur, ac infinitas delicias, quas in se
continet, & quæ ab ipsa in nos promanant.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-38214](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-38214)

tem, quam & ipsa in hoc supremo beneficio habent; & me ipsum animare, ut bonus sim & sanctus f corpore & spiritu; siquidem infinita Dei bonitas, aded voluit utrumque in me honorare & exaltare. 1. Cor. 7. 34.

ALII modi quibus Dei bonitas se nominatim communicat suis electis, exprimentur in sequentibus meditationibus.

MEDITATIO VIII.

QVAM SIT AMABILIS Dei bonitas, & quam digna, quae summo amore diligatur, tum propter se ipsam, tum propter innumera bona, quae nobis communicat, & infinitas delicias, quas in se continet, & ab ipsa procedunt.



PRAECIPVA bonitatis proprietatis est, esse amabilem, & per eam Philosophi definirunt Bonum, dicentes: bonum est quod omnia appetunt: nam bonum movet voluntatem & nostras appetitiones, ut illud ament & appetant. Titulus & motiva, cur bonitas sit amanda, ad tria velut capit a

S. Thom. 2.
p. 9. 3. 4. 6.

capita referuntur. Inprimis enim est amabilis propter se ipsam & perfectionem, quam in se habet. Deinde est amabilis, quia est nobis utilis, & propter bonum, quod nobis confert: ac Denique, quia est delectabilis, magnamque adfert iucunditatem & delectationem eam possidentibus & haec vna causa est, cur vulgo & communiter diuidatur bonum in honestum, vtile ac delectabile siue iucundum. Vtile vocant non id solum, quod medium est ad finem consequendum, sed etiam quod est causa cuiuscunque nostri boni & commodi. Hi tres tituli eminent, infinite in Dei bonitate, vt sit infinite amabilis; sicut in subiectis punctis apparebit.

PUNCTVM I.

CONSIDERANDVM primò, quòd bonitas Dei sit summè amabilis propter se ipsam, & propter infinitam pulchritudinem & perfectionem, quam in se habet: quoniam, quòd bonitas & pulchritudo rei maior est, eò est amabilior: ideo bonitas & pulchritudo infinita, erit infinite amabilis propter se ipsam: ipsa enim est finis vltimus, ad quem omne, quòd bonum est, ordinatur; ipsa autem ad nullum alium finem, nisi ad se ipsam.

I. HINC primò efficitur, quòd solus Deus possit amare suam bonitatem, quantum illi potest, & meretur amari; quia illa amat amorem infinito, complacens sibi in ea, & infinito gaudio sese cum ea oblectans. Et ego debeo etiam pro

propterea gaudere, exultans plurimum, quod Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, impleant totum amorem, quem infinita eius bonitas postulat; & quod aded illa sit infinita, ut nullus homo aut Angelus, tanto amore possit illam amare, atque ipsa digna est: & admirabor atque obstupescam tantam eius immensitatem: nam etiã est quidam modus amoris, cum ita me dedo; ut fatear, me non posse tantum amare Deum, quantum ipse meretur. O Deus amabilissime, si possem ita amare te atque tu es amabilis, & amari mereris! O si anima mea capax fuisset amoris infiniti, ut eum bonitati tuæ infinitæ totum tribuerem. O si a *amo*

a *Can. 2. 5.*
G. 5. 3.

re languerem sicut Spõsa, ac deficerẽ præ desiderio amandi, & languerem, quod non possim tantum amare, atque meum est desiderium.

II.

HINC fit *secundò*, quod plus debeam amare infinitam hanc Dei bonitatem, quam me ipsum, & quam reliqua omnia amabilia huius vitæ: & quod maiori amore mihi erit possibile. Nam licet non possim tanto amore illam amare, atque illa digna est; iustissimum est tamen, ut toto quo possum amore illam amem, nec vno quidẽ pilo subtracto. Et hoc est quod querit Deus Dominus noster, cum tot verbis repetit: iubet, ut ipsum, b *diligamus ex toto corde nostro, ex tota anima, & ex tota virtute,*

b *Deut. 6. 5.*
Mat. 22. 37
Marc. 12. 30
Luc. 10. 27.

& ex omnibus viribus, & ex tota mente, hoc est, ut summo amore, & conatu nobis possibili, illum amemus, & pluris æstimemus, quam quidquid creatum est, & creari potest. O summa

VI. Part. Med.

g

boni-

c *Proverb.*
30.16.

bonitas, da mihi summum amorem mihi possibilem, ut toto illo te amem: O si amor omnium Angelorum, & Seraphinorū & omnium Sanctorum, qui sunt in cœlo, & adhuc in ista terra, in corde meo reponeretur, ut tantum solus amarem, atq; amāt simul omnes: Quamuis nec sic fatiarem: nam respiciens tuam infinitā bonitatem, non potest terminum habere charitas erga illā, nec c *ignis amoris dicere* vquam potest, *sufficit*; quia tua bonitas semper illum fouet, materiamq; ministrat, ut sine termino crescat.

III.

TERTIO hinc etiam deducam, quod præcipuum amoris mei motiuū esse debeat, ipsa Dei bonitas propter se ipsam; quia illa est ultimus finis & amoris motiuū: essetq; magna inordinatio, illam amare præcipue, ob aliquid extrinsecum ipsam, quod ab eius puritate degeneret. Licet tamen in eadem bonitate, ratiocinando infinitos deprehendere titulos, propter quos Deus sit amabilis, & propter quos possim ergo, ac debeam, eum amare: Hi tituli tot erunt quot sunt perfectiones Dei, in quibus eius bonitas est immersa. Et ideo eius sapientia est infinitè amabilis, & similiter eius omnipotentia, eius immensitas, liberalitas, & misericordia, propter bonitatem & perfectionē, quæ in eis resplendet: ac propterea de suo dilectissimo sponso, quod sit d *totus desiderabilis & amabilis*. Nihil in Deo est odiosum, omnia sunt amabilissima; etiā ipsa iustitia vindicatiua, quæ peccatores castigat, ob sua illorū scelera, d *scilicet*

siderabilis est & amabilis: quia etiã in ea elu-
cet ipsa Dei bonitas; siquidem, absque iustitia,
non fuisset integrè & plenè bonus. Quare et-
iam de hoc gaudere debeo & exultare, quòd
vltiscatur Deus iniurias, & pennis illas afficiat
in hac & in futura vita; & quòd sit infernus &
purgatoriũ, sicut est cælum & paradísus: quia
totum hoc pertinet ad integrã eius perfectio-
nem. O Dilecte animæ meæ, tot⁹ mihi es ama-
bilis: quia totum est bonum quidquid est in
te. O si etiã tibi esset amabile, quidquid est in
me: aufer, Domine, ab anima meã omne genus
culpæ & maculæ, vt e *tot a sit pulchra* in oculis *e Cant. 4.7.*
tuis, & amabilis cordi tuo:

IV.

HINC tandem concludam, quã sit odiosum
ac detestandũ, odisse Deũ adeo bonũ, & boni-
tatem adeo amabilẽ: vt propterea condolen-
dum & cõpatiendum sit cæcitati & impietati
peccatorũ, qui Deum oderũt, vel q̄ prohibeat
malas voluptates, vel quòd iustitiã suã illos
castiget; siquidem etiã propter hoc ipsam, est
dignus, qui ametur; ideoque meritò Christus
Dominus dixit: *si impij oderunt me, & Patrem* *Ioh. 15. 25.*
meum GRATIS, hoc est, sine vlla causa aut ra-
tione. O summa bonitas, quæ mereris infini-
to amore, & ab infinitis amantibus (si tot es-
sent) diligi; ne permittas, vllum esse homi-
nem, qui te non amet; aperi oculos odientium
te: si enim viua te fide cognoscerent, nũquam
odissent. O si adesset iam dies, in qua te clarè
viderem, vt summè diligerem: quia non est
possibile te videre, & non amare.

PUNCTVM II.

DEINDE considerandum, quod bonitas diuina, non solum propter se ipsam fit infinite amabilis; sed etiam propter summam propensionem suam ad benefaciendum nobis; & propter innumera & infinita bona, quae nobis contulit.

I.

PRIMUM est amabilis ob quatuor gradus. Esse naturalis, quos, ut supra diximus, communicauit creaturis; & omnes coniunxit in homine, tanquam in abbreviato mundo: Et quoniam hae perfectiones sunt innumerae; innumeros licebit mihi titulos & motiua ex eis deducere, ad amandam bonitatem illam amabilissimam, a qua illae processerunt, in bonum & commodum meum. Quare, cum video quamcunque creaturam, existimare debeo, (ut ait Hugo de S. Victore) quod Christus Dominus noster, haec duo verba per eam mihi dicat: *accipe & redde*, aut illa, quae habet sapiens; a da *& accipe, & iustifica animam tuam*: quae verba hoc significant; accipe a Deo bonum, quod tibi dat; da vero illi propterea tuum amorem; accipe eius donum, & redde gratitudinem; accipe beneficium, & redde seruitium; accipe benignitatem a Deo, & redde illi charitatem. haec si dignè fecero, iustificauero animam meam, faciens quod debeo: nam ut Deus vult accipere gratitudinem meam, pro bono quod mihi confert; ita ego debeo dare gratitudinem, propter bonum quod accipio. Audi,

*Lib. de arca
moralis. c. 4.
in 2. Tom.
a Eccl. 14. 16*

anima

anima mea, harum creaturarum voces, & sapientis consilium dicentis: *b non sit porrecta manu tua ad accipiendum, & ad dandum collecta.* Et siquidem Deus, *c manum suam aperit, vt te, & omnia, quæ in mundo sunt, impleat bonitate ac benedictione;* tu quoque aperi cor tuum, vt amore repleatur; os tuum, vt laudibus; & man^u tuas, vt Diuinis obsequijs & gratitudine repleantur, ob innumera beneficia accepta: caue sis ingrata; si enim tu contraxeris manum tuam à dando, quod petit à te Deus; & ille colliget suam, ne tibi det bonum, quod ab illo petis.

b Eccl. 4. 36.

c Psal. 103.

28.

II.

Ex hoc pergamus ad æstimandum quàm sit amabilis Dei bonitas; ob innumera beneficia gratiæ & gloriæ, quæ ab illa proueniunt; & quanto sit amabilior, ob summum beneficium incarnationis verbi Diuini, qua vltimum fecit, quod potuit, ad nobis re ipsa manifestandum, quàm sit eius bonitas digna, quæ ametur. O DEVS amabilissime, si a deo es dignus qui ameris, quòd tot naturalia bona nobis sis largitus, quanto eris dignior, quòd tot supernaturalia addideris! & si a deo sum obstrictus, ad te propter peritura bona diligendum, quanto obstrictior ero propter æterna! Et, si es summè amabilis, propter bona, quæ sunt extra te; quanto eris amabilior, quòd te ipsum nobis des. O si mihi daretur cor nouum, anima noua, & spiritus nouus, noua virtus, & vires nouæ, vt nouo feruore perfectissimè implerem præceptum amoris, diligendo te, sicut

Psal. 144. 1.

c.

tu vis diligere. O Anima mea, conijce oculos fidei ad omnia bona gratiæ, quæ accepisti, & quotidie accipis; aperi aures, ut dilecti tui vocem audias dicentis tibi, *accipe & redde; da & accipe*. Accipe meam gratiam, & redde aliquod obsequium. O Dilecte mi, fiat ita, sicut iubet, verum tamen adiuua me, ne laxitas mea impediatur, quod tua bonitas tam liberaliter offerat.

Huiusmodi affectus sunt mihi exercendi, cum Sacramenta confessionis & communionis accipio, cum sacro Misse intersum, & cōcionem audio; ac denique cum particeps efficiam boni alicuius supernaturalis, cogitans, dicam mihi à Deo, *accipe & redde; da & accipe, ut iustifices animam tuam*, nouisque sanctitatis augmentis eam sanctifices,

III.

Denique perpendam, quod bonitas Dei etiam sit amabilis, eò quod in se contineat omnem rationem BONI UTILIS, quod vel cogitatione assequi possimus, absque vlla imperfectionis admixtione. Nam in Deo Domino sunt eminenter res omnes, quæ media sunt ad finem nostrum vltimum consequendum; & ipsemet est *via, veritas, & vita*; quatenus dicitur *per media, per quæ ambulantes, veniamus ad vitam æternam, quæ est ipsemet*. Et propterea dixit Dauid: *et gratiam & gloriam dabit Dominus*. Et præterea omnia bona, quæ in hac vita sunt media ad bonum aliquem consequendum, sunt etiam eminenter in ipso Deo, & ab ipso

1. Ioan. 14. 6.

Psalm. 83. 22

ipsum

ipſius bonitate procedunt, ac propter ea dignus eſt qui ametur. Nam ſi amo cibum, quia conſeruat meam vitam; & medicamenta, quia reſtituunt me ſanitati; & pecuniam, quia eâ mihi cõparo id, quõ indigeo; multo magis teneor amare Deum, à quo procedit hoc totum: non quod præcipuum huius mei amoris motiuum ſit, vt talia mihi det; ſed ipſa eius bonitas, quæ emicat in eo, quòd mihi talia, & tanta liberalitate largiatur. Quare ex omnibus hiſ rebus, quæ mihi ſunt vſui accipere debeo motiua, ad cognoscendum, quàm ipſe amabilis ſit; & ad eundem propterea diligendum, ſicut eſt dictum. cogitans etiam in hiſ mihi dici verba illa: *accipe, & redde; & da, & accipe.*

PUNCTVM III.

TERTIÒ conſiderandum, quàm ſit etiam amabilis Dei bonitas, ob tertiam illam rationem **BONI**, quod appellamus **DELECTABILE**, quod eſt quies quædam, & pax cordis in poſſeſſione rei amatæ, & in expletione eius quod deſiderat, quod alio nomine gaudium & lætitia appellatur. *Primum*, Deus Dominus noſter eſt amabilis, ob infinitum gaudiũ & voluptatẽ, qua intra ſeipſum fruitur. nã vt eſt ipſamet bonitas, ita eſt ipſamet voluptas, & oẽs perfectiones, quas habet, ſũt illi motiua infiniti gaudij, quæ illas vidẽdo & amãdo, infinite oblectatur. *Deinde*, amabilis quoq; eſt, ppter infinitã oblectationẽ, qua

IV.

omnia sua opera facit : oblectatur enim in creatione cœlorum, & ceterarum rerum, iuxta illud Davidis, *a latabitur Dominus in operibus suis.*

*a Psal. 103.
31.*

III.

TERTIÒ est amabilis, quia est causa omnium bonorum delectabilium huius vitæ. Nihil enim potest sensus nostros, aut etiam interiores facultates delectare, nisi propter Esse, quod recipit à Deo ; neque anima nostra delectationem aliquam habere potest, nisi Deus det illam. Quare in ipso Deo sunt eminentiores omnes delectabiles, & oēs deliciae, quas possumus desiderare. Et quamvis re ipsa nos delectet suis creaturis ; potest tamen ipse sine illis, dare nobis delectationem, quam illæ adferrent, & aliam incomparabiliter maiorem. Et in hoc fundatur illa eius promissio dandi centuplum ei, qui propter ipsum, *b Patrem aut Matrem, aut agros, & cetera reliquerit* ; quia dat illi incomparabiliter maiorem spirituales lætitiæ, eò quòd aliquid reliquerit, quam habuisset, si retinuisset. Denique amabilis est propter singularem oblectationem, qua afficitur, agendo & conuersando nobiscum, nam propterea dicit scriptura de Sapiencia increata, *c delectabar per singulos dies, ludens in orbe terrarum, gaudens videlicet & se oblectans in rebus, quas faciebat in orbe terrarum ; sed deliciae meae (inquit) esse cum filiis hominum ; agendo videlicet, & conuersando cum illis.*

*b Matt. 19.
29.*

c Prou. 8. 31.

In Hebræo habetur deliciae meae filii horum.

V.

EX omnibus prædictis sequitur, Deum hoc

requi

requirere, vt ipsi cum lætitia seruiamus, & conuersemur ac tractemus cum ipso magna animi oblectatione. Quia enim quisque amat sibi simile, ipse verò ad eum est lætus, vt in omnibus, quæ faciat vehementer lætetur; ita vult omnes suos electos viuere in eius obsequio lætos, & illi seruire in lætitia; iuxta illud Dauidis; *diubilate Deo omnis terra. seruite Domino in lætitia, & introite in conspectu eius in exultatione.* Quò autem magis nos ad id animet, promittit in præmium, gaudiū ipsum, quo ipse fruitur, dicens fideli seruo, *intra in gaudium Domini tui.*

d Psal. 99. 2

c Mat. 25. 21

SINGVLIS harum quinque considerationum excitabo in me magnos affectus amoris & gaudij, in ipsa bonitate Dei; studendo exultare in solo Deo; siquidem in solo illo inueniam omnes rationes & causas gaudij & oblectationis, quam possum optare. Vt quid, anima mea, delicias mendicas à creaturis; siquidem in solo Deo inuenies infinitè maiore voluptatem, quam in illis omnibus? Fac cum lætitia opera, quæ ad eius obsequium pertinent; siquidem summo ipse gaudio facit, quæ tui sunt commodi; da illi quidquid habes, *non ex tristitia aut ex necessitate; hilarem enim datorem diligit Deus, redditque centuplū in parato vt dicitur, cum lætitia. Gaude, cum illo conuersari; qui in delicijs habet, conuersari tecum, implens te ipso gaudio suo: non enim habet amaritudinem conuersatio ipsius, nec tædium conuictus illius sed lætitiā & gau-*

f 2. Cor. 9. 7

g Sap. 8. 16.



dium: quod incipit quidem in hac vita, sed implebitur in futura, transeundo à gaudio temporali ad sempiternum.

DENIQUE hinc intelligam, quàm sit detestandum, amare aliquam voluptatem, quam Deus noster prohibuerit, contemnendo videlicet voluptates cęlestes, ut fruamur terrenis; & abiiciendo infinitum & æternum gaudiũ, pro aliquo limitato & temporali. dolebo igitur eorum vicem, qui in talem incidunt inordinationem; & quòd ego in eandem incidere: statuam verò firmiter, me serio emendare: Neque enim (Iob teste) *h potero in omnipotentia delectari, si ab eius seruitio recessero.*

h Iob. 27. 10

MEDITATIO IX.
DE INFINITA DEI CHARITATE & amore.

S. Thom. 1.
p. q. 20.

S. Thom. 1.
2. q. 26. a. 1.
¶ 4.
¶ 2. 2. q.
27. a. 2.
q. 23. a. 1.
q. 31.



MOR est complacentia quædam in bono: propterea quod nostra natura sit conueniens. Eius præcipui actus sunt tres. primus est generalis, & vocatur beneuolentia, hoc est benè alteri velle, complacentia mihi in bono, quod iam habet; aut optans, ut habeat. Secundus est amor quem vocamus Concupiscentiæ, quo aliquid amamus, ob utilitatem propriam nostram, aut alterius; sicut

amila